Deus glorioſus nihil ocioſum facit
Sine vacuo eſt natura
Ad potentiam intellectus nihil eſt difficile.
Cuncta ſunt ſcibilia via rationis
Futura ſi preſciant̄ facili⁹ tolerant̄ ꝛ prudēti⁹ declinantur
Conſeruatio ſanitatis melior eſt omni medicina
Neceſſitas non habet legem.
Conſuetudo eſt altera natura
Mutatio ꝯſuetudinis non eſt ſubita ſed ſucceſſiua
Inferiora a ſuperioribus reguntur
Juſticia regnātis vtilior eſt ſubditis q̄ȝ fertilitas temporis.
Conſilium eſt oculus futurorum
Nobiliſſimum animalium eſt homo

Autoritates libri ariſtotelis de pomo et morte

Sepius mihi philoſophia viſa eſt res diuina.
Mors nihil eſt niſi receſſus anime a corpore.
Sapiens debet letari de morte ſua ꝛ non dolere.
Phia docet hominem cognoſcere ſuum creatorem.
Docentes alios mentiri non debent.
Logyca eſt ſimilis ſcorpioni in tiriaca q̄ licet de ſe ſit venenū tn̄ in tiriaca exiſtens remedium preſtat dolorem patienti
Beata eſt anima que non fuit infecta prauis operationibus huius mundi
Ve anime peccatrici que non habet poſſe redeundi ad locuȝ ſuuȝ vnde exiuit. quia turpia opera ꝛ delectationes carnales impediunt eius aſcenſum ſurſum

Sequuntur morales autoritates Senece ad lucilluȝ balbum: et hoc congruo ordine ante progreſſum ad logicalia ariſtotelis ꝛ aliorum.

Turpiſſima eſt iactura q̄ fit ꝑ ignorantiā ꝛ negligentiaȝ.
Faſtidiētis ſtōachi ē mlta deſiderare ſȝ pauca ꝺguſtare
Ubi diuerſa ſunt cibaria ibi nutrimenta pauca. quia diuerſa minus alunt
Peregrini multa habent hoſpicia: nullas amicicias
Nuſquam deeſt qui vbiqȝ eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf